

**Převeděte na vazbu akuzativu s infinitivem a doplňte vhodné řídící sloveso:**

1. Librum leges.
2. Filius a patre amatur et amabitur.
3. Bene respondebitis.
4. Librum scriptura sum.
5. Discipulus laudabitur.
6. Epistulae mittentur.

**Následující věty v přímé řeči převeděte na řeč nepřímou:**

1. *Respondet: "Illum numquam vidi".*
2. *Statuimus: "Cras proficiscemur".*
3. *Promitto: "Omnia dicam".*
4. *Dicet: "Romae mansi".*
5. *Minatur: "Ille punietur".*
6. *Gaudete: "Ego valeo"*

**Přeložte:**

1. Exempla bona vobis imitanda erunt, mala vitanda erunt.
2. De duabus malis minus est eligendum.
3. Quod erat deonstrandum.
4. De gustibus non est disputandum.
5. Sors est sua cuique ferenda.
6. Proditor pro hoste habendus est.
7. Ave Caesar, morituri te salutant.
8. Multi christiani armis muniti contra Thartaros pugnaturi in Poloniam processerunt.
9. Omnibus et singulis tam praesentibus quam futuris hanc litteram visuris, lecturis vel legi audituris testamur providum virum Wenceslaum plena sua ratione fruentem ultimum testamentum suum facere.
10. Vocat ad se nobiliores et quos relicturus erat in regno.
11. Quam quidem praesentationem dicto plebano et eius successoribus post obitum suum libere donavit et assignavit perpetuis temporibus valitaram.
12. Iohannes hanc summam divisim, videlicet in festo s. Procopii proxime nunc venturo, quattuor sexagenas et in festo Assumptionis sanctae Mariae Virginis illud festum s. Procopii immediate secuturo quattuor sexagenas gr. Prag. solvere promisit.
13. Quid extunc dicturi sumus si aliorum avaritiam detestati erimus et ipsi divitias cupiemus.
14. Romanorum rex igitur damna suorum aequo animo transire noluit sed congregata bellatorum multitudine in metis Moraviae regem debellatus robur sui exercitus collocavit.
15. Homo in iudicem eligendus est, qui non est periurus nec etiam debet esse excommunicatus, ne sit etiam iudeus nec hereticus.

**Přeložte:**

“Adhuc es caelebs, amice, etsi quinquaginta annos natus es?”

“Eheu, me miserum, ita est.”

“Cur?”

“Quia cum iunior essem, iuravi me numquam uxorem esse ducturum nisi perfectissimam.”

“Et talem non invenisti!”

“Inveni, sed et ipsa iuraverat se viro numquam nupturam nisi perfectissimo!”

**caelebs**, libis – svobodný, neženatý; **etsi** – ačkoliv; **uxorem ducere** – oženit se; **nubo**, ere, psi, ptum + dat. – provdat se